

# Kazimierz Miaskowski

---

## Pięć listów Andrzeja Frycza Modrzewskiego

---


Pamiętnik Literacki : czasopismo kwartalne poświęcone historii i krytyce literatury polskiej 4/1/4, 510-518

---

1905

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.



## MATERYAŁY.

### Pięć listów Andrzeja Frycza Modrzewskiego.

**J**ako cenną zdobycz swej zeszłorocznej podróży naukowej, subwencyonowanej przez krakowską Akademię Umiejętności, przywiozłem z sobą pięć listów Andrzeja Frycza, Modrzewskim zwanego, do Bonifacego Amerbacha, profesora praw w uniwersytecie bazylejskim, serdecznego przyjaciela Erazma z Rotterdamu i wykonawcy ostatniej woli największego z humanistów. Odnalazłem je w dwóch rękopisach biblioteki uniwersyteckiej w Bazylei: w kodeksie C. VII. 19, zatytułowanym: „Amerbachiana ad Erasmi relicta“, gdyż zawiera dokumenty, kwity, listy, zapiski i t. d., dotyczące spadku po Erazmie, i w kodeksie G. II. 17, będącym jednym z piętnastu tomów, zawierających korespondencyę Amerbacha, a raczej tylko listy do niego pisane, które bazylejski prawnik zbierał z tak wielką sumiennością, że się ich dotąd kilkaset dochowało. Wszystkie też listy Frycza tyczą jednej i tej samej sprawy: spłacenia zaległej sumy za bibliotekę Erazma Rotterdamczyka, którą Jan Łaski już za życia tegoż r. 1525 był nabył pod warunkiem, iż dopiero po śmierci Erazma przejdzie w jego posiadanie. Sprawę tę przedstawiłem obszernie na innem miejscu <sup>1)</sup> na podstawie dokumentów i listów, dawniej niezna-

<sup>1)</sup> Die Korrespondenz des Erasmus von Rotterdam mit Polen (Teil I). Inaugural-Dissertation zur Erlangung der theol. Doktorwürde an der Univ. Breslau. Posen, 1901, str. 39. Anhang II: Zur Geschichte der Bibliothek des Erasmus. Dodatku tego, jakoteż ogłoszonych tamże listów Łaskiego do Amerbacha z dnia 28/IX 1536 i 5/IV 1537, w moich „Erasmiana II“, wydanych w Paderbornie r. 1900 niema.

nych, ciekawego szczegółów czytelnika odsyłam więc do niej. Tutaj wystarczy powiedzieć, że Łaski połowę ceny kupna zapłacił zaraz przy umowie r. 1525, drugą część spłacił już po śmierci Erazma zostający w usługach Łaskiego Andrzej Frycz osobiście w Bazylei na św. Marcin (11 listopada) r. 1536, ale przy rozrachowaniu się i zamianie na walutę bazylejską okazało się, iż suma nie wystarczała i pozostało jeszcze do spłacenia 33 guldenów oraz „ein dicker pfenig“. O uregulowaniu więc tej zaległości jest mowa w podanych niżej listach. Sprawa się ociągała, gdyż droga Modrzewskiego nie wiodła do Bazylei, kupcy chcieli wyzyskiwać przy zamianie, wreszcie trafił się jakiś obywatel ze Strassburga, Anton von Sigoltzheim, który je w lipcu r. 1537 zawiózł Amerbachowi. Mimo zalegającej reszty bibliotekę już około Bożego Narodzenia r. 1536 wysłano naprzód do Norymbergi, gdzie złożoną została w mieszkaniu Daniela Szyllinga, obywatela krakowskiego, przebywającego tutaj wraz z bratem w interesach handlowych, czy to własnych, czy też może Bonerów lub Decyusza. Modrzewski, który umyślnie w tym celu zjechał do Norymbergi, zajął się lepszym jeszcze opakowaniem książek, gdyż skrzynia jedna już rysowała, sam przecież biblioteki do Polski nie odwiózł, gdyż wybierał się jeszcze do Schmalkalden na konwent protestantów, słynny z ułożenia tam ciętych „artykułów“ nowowierczych, znalazł jednak pewnego człowieka, jadącego do Krakowa, który ją przewiózł. W kwietniu była już biblioteka w pełnym ładzie i porządku w Krakowie, jak świadczy pokwitowanie Łaskiego z odbioru jej z dnia 5 kwietnia 1537 r., przechowanym po dziś dzień w oryginale w wspomnianym wyżej rękopisie C. VII. 19<sup>1)</sup>.

Niejeden jeszcze szczegół o życiu Modrzewskiego, podróży jego do Francji i t. d. wydobyć się da z tych listów, rzucających sporą smugę światła na ten okres życia Frycza, o którym dotychczas niezmiernie mało wiedzieliśmy, ale zamierzamy o tem pomówić obszerniej w osobnym artykule, spowodowani do tego świeżo ogłoszoną (choć dawniej już napisaną) pracą zmarłego niedawno profesora uniwersytetu wrocławskiego Jakóba Caro p. t.: „Andreas Fricius Modrevius. Seine Lehr- und Wanderjahre („Zeitschr. der Histor. Gesellschaft für die Prov. Posen“. XX Jahrg. Posen, 1905, str. 55—111).

Tekst listów podajemy bez wszelkich prawie zmian; odczytanie ich zresztą nie nastroczało większych trudności, gdyż Frycz pisał wyraźnie i spokojnie, prawie nie przekreślając ani poprawiając się, nawet wtenczas, gdy pisał pospiesznie. W kilku miejscach powstały wskutek oderwania pieczęci i obtarcia rogów przy składaniu listu luki, które częściowo także można było łatwo uzupełnić. Przy kilku listach dochowała się pieczęć, przedstawiająca podkowę rogami do

---

<sup>1)</sup> Ogłoszone w „Die Korrespondenz“, str. 47; „Erasmiana II“, str. 80.

góry obróconą, z krzyżem wewnątrz, a więc wskazująca na herb: „Jastrzębiec“, ale sprawy tej obecnie jeszcze rozstrzygnąć nie chcemy.

X. K. Miaskowski.

I.

*Strassburg, 13 stycznia 1537.*

Mihi quidem nihil minus in mentem veniebat, cum a vobis discederem, quam videre Lutetiam hoc tempore; verum praeter spem omnem mutavi sententiam, ubi intellexi Policarpum Cratandrum <sup>1)</sup> velle eo proficisci, praesertim cum ille faceret mihi spem posse totum iter confici ad summum quatuor septimanis. Ingressus sum itaque iter, quod tamen propter negocia Polycarpi in sextam produximus hebdomadem. Huc redii sanus et incolumis ad XI Januarii diem nec poenitet me vidisse Lutetiam et alias urbes Galliae, sed illud me vehementer cruciat, quod vereor, ne non praeveniam Cracoviam Hieronymum Krigyer <sup>2)</sup>, per quem missurus essem, quemadmodum inter nos convenit, reliquam pecuniam Frobennio <sup>3)</sup>. Ego quidem dabo operam, ut solvatur in proximis nundinis francfordiensibus, sed tamen, si non reddita fuerit, quaeso a vobis, ut ne id vitio detis hero meo, qui haud dubio exspectat adventum meum. Deinde illud velim addatis ad vestra in me benemerita, ut aequis animis feratis solutionem longius proferri: huc enim me adegit haec inopinata profectio Lutetiam versus, nam illud mihi credatis affirmanti, me simulatque venero Cracoviam curaturum, ut omnis pecunia repouatur apud Focaros <sup>4)</sup>, qui sine mora curabunt vobis Basileae numerari, quemadmodum curarunt, cum ego apud vos essem. Debeo Polycarpo coronatos quinque, eos simul accipiet: confido eum p[ro] ei[us] in me benevolentia, qua me complectitur, non inique latur[um] hanc] solutionis dilationem. Haec significanda tibi putavi, ut scires, quamobrem ad vos tamdiu nihil scripserim. Nova, quae vel vidimus vel audivimus, haec intelliges ex Andrea, cum quo una huc veni. Te

<sup>1)</sup> Syn Andrzeja Cratandra, drukarza bazylejskiego.

<sup>2)</sup> Nieznana mi osobistość. Hieronim Krügel, obywatel krakowski, mąż siostry macochy Hozyusza, często w interesach handlowych przebywał w Niemczech (Epist. Hos. II, LXXXVI), a syn jego, także Hieronim, r. 1542 zapisuje się w uniwersytecie w Wittenberdze (Foerstemann, Album acad. Vittemberg. I, 199), ale w rękopisie wyraźnie jest Krigyer — nie śniem więc ich utożsamiać.

<sup>3)</sup> Hieronim Froben, znany drukarz bazylejski, pod którego adresem, jako mającego rozległe stosunki handlowe, przeznaczone dla bazylejskich uczonych przedmioty, pieniądze i t. d. z Polski wysyłano. Por. Dalton, Lasciana str. 100.

<sup>4)</sup> Znany dom bankowy Fuggerów w Augsburgu.

quaeso, mi Amerbachi, ut qua me benevolentia praesentem prosequi coepisti, eam retineas in absentem: ego enim nunquam patiar in me desyderari quicquam, quod ad te colendum observandumque intellexero pertinere. Id enim a me exigunt virtus et singularis eruditio tua, ad haec etiam liberalitas minime vulgaris, quam facio quidem tanti, quanti merito debet fieri, sed tamen benevolentia tua nihil mihi est gratius, quam ego, dum vivam, praeferam rebus omnibus, quas vel habeo vel unquam sum habiturus. Regem nostrum e vivis excessisse intellexi hic ex Casparo Hedione <sup>1)</sup>: nollem verum esse; si ita Deo visum est, mirum, qualis sit facies Reipublicae nostrae. Libros existimo iam missos esse Noribergam versus, una et litteras tuas: eas sine ulla cunctatione perferam hero meo. Saluta verbis meis optimos viros et mei amantissimos Frobenium, Episcopium et Hervagium <sup>2)</sup>. Si quid vel ad me vel ad herum meum scribere voles, mitte Noribergam <sup>3)</sup> Danieli Shilink <sup>4)</sup>, ille ad nos curabit perferri omnia. Vale et veloci calamo ignosce. Argentorati die XIII Januarii, 1537.

*Andreas Fricius.*

Adres: Clariss: viro domino Bonifacio Amerbachio Legum Doctori: amico suo inprimis colendo, Basileae.

Bazylea. Bibl. uniwersytecka. Cod. G. II. 17. fol 66. Oryginał. Wskutek oderwania pieczęci częśćka tekstu uszkodzona.

## II.

*Norymberga, 29 stycznia, 1537.*

S. D. Solicitus equidem nimium eram de vectura bibliothecae, quamdiu in Galliis peregrinabar. Nam Lugduno scripseram Danieli Shilink, ut si advecta fuisset, prius quam ego huc rediissem, retineret eam tantisper, dum ego redirem. Itaque ne tardus meus huc reditus fieret in mora ipsi bibliothecae in Poloniam vehendae, saepe relicto sodalio ibam solus etiam per Lotharingiam, ab Argentina vero solus confeci totum iter diebus septem. Veni huc die XX Ja-

<sup>1)</sup> Predykant i reformator w Strassburgu. Z Polaków korespondował z nim także Decyusz. Erasmiana II, 57.

<sup>2)</sup> Mikołaj Episcopus i Jan Herwagen — obaj drukarze i księgarze w Bazylei. Pierwszy był także jednym z wykonawców testamentu Erazma.

<sup>3)</sup> Tak pisze Frycz regularnie zamiast Norimberga.

<sup>4)</sup> Ze znanej rodziny kupców krakowskich, pochodzącej z Weissenburga w Alzacyi. Daniel był także uczniem akademii wittenberskiej, immatr. r. 1520. Foerstemann I, 99. Przyjaźń z Modrzewskim przetrwała i późniejsze czasy. Por. Wierzbowskiego: „Materyaly do dziejów piśmienictwa polskiego“, t. I. Warszawa, 1900.

nuarii, atque ut omnem rem de bibliotheca mox cognoscerem, ad aedes Danielis Shilink eodem temporis momento accessi, sed aberat ille, vel potius frater eius, qui eodem illo die concesserat negotiorum suorum causa in nescio quem proximum locum. Itaque litteras nullas a vobis eodem die accepi: eas enim ille seposuerat, ut a servo inveniri non possent, sed tamen ex servo accepi pridie eius diei advecta esse tria vasa Basilea, quae ubi vidissem, agnovi ex signis bibliothecam esse. Priusquam rediisset Danielis frater, nactus eram hominem certum Cracoviam petentem. Huic litteras ad herum dedi me non mox Cracoviam venturum esse: sic enim me in animum induxisse, ut Smalcaldiam prius accedam ad comitia principum, quae die VII Februarii celebrabuntur, atque illum de residua summa vobis debita admonui, ut ille per aliquem suorum Focaris numeraret quidquid superest vobis solvendum. Scripsi etiam ad quendam meorum, ut Polycarpo numeretur quod debeo. Postridie eius diei, quo huc veni, rediit Danielis frater ad noctem, litteras vestras mihi profert, ex quibus didici praeter caetera de VI florenis et X paciis nomine vectigalis isthic solutis. Jam si forte reponetur isthic vobis summa reliqua praeter hos florenos VI et pacios X, intelligetis causam huius rei. Lex haec municipalis in extraneos nec satis aequa esse et parum humanae societati servire mihi quidem videtur. Nam quid mercatores vestri faciunt, qui merces suas isthinc avehant, alibi eas vendituri? Quid si bibliotheca evecta quoque fuisset alio in loco, quam Basileae vendenda? Nam si ea causa est huius vectigalis, quod emptor veniens Basileam cogitur aliquos sumptus facere et victus et rerum aliarum pro mercibus avehendis necessariorum causa, ea quidem certe (ne quid aliud dicam) est plus quam sophistica: sumptus enim hi debebant potius levare extraneos isthuc venientes, quominus tantum vectigalis solverent, cum eos ipsos sumptus facere cogantur cives vestri alio res vendendas efferentes. Tametsi author legis illius, si quem iusticiae praetextum legem suam habere voluisset, restrinxisset eam ad merces, quibus quaestum faciunt mercatores, nos vero quem quaestum facimus ex bibliotheca? Quam liberalium disciplinarum causa emptam esse nemo non novit. Haec adscripsi, mi Amerbachi, non quin curaturus sim vobis hoc quicquid est reliqui, sed ut intelligeres mihi displicere leges, quae nulla habita ratione honesti feruntur, nisi etiam existimas mihi probandam esse Trapezitae vestri imposturam. Singulos coronatos solvi illi paciis XXIII $\frac{1}{2}$ , cumque intelligeremus ego et Episcopus me in singulis coronatis perditurum esse solidos francicos duos tamen persuasit nobis homo, ut pro coronatis acciperem testones quaternos: hoc est (sic enim iam interpretor meo damno peritior factus), ut praeter illos solidos binos, quos propter pretium auctum perditurus eram, furaretur solidos regios ternos. Itaque cum dedisset testones XVI loco coronatorum quatuor, furatus est mihi solidos regios XII. Quid enim refert furti nomine appelles an alterius imposturae? Nam ut multi praedantur lingua, ita multi furantur imposturis. Ego in hoc genere

monetarum commutando sapere coepi, sed, ut dixi, meo damno. Sum enim de eorum numero, qui sapiunt post factum. Sed quid te onero his ineptiis? Verum dabis veniam, quod apud te hominem leges profitentem leges iniquas improbem et officium istius publicani in perniciem aliorum excogitatum. Vas numero 3, ex quo bina opera epistolarum Hieronymi et sena colloquiorum dedi Kobergero <sup>1)</sup>, erat rimarum plenum. Kobergerus dicebat periculum esse, ne quid damni fieret a pluvia. Itaque eius consilio novum emimus, cumque falleremur quantitate unius et alterius vasis, quorum alterum iam libris expletum capere non poterat omnes, alterum nihil praeter libros advectos capere poterat, malui hoc alterum claudere, quam maiorem laborem subire quaerendo tertio vase in quo aliquid spacii esset pro rebus his emendis. Frobenius litteris suis significavit se quatuor florenos impendisse in res necessarias bibliothecae compingendae, quintum se tibi dedisse ad rationem vectigalis. Itaque, nisi fallor, debentur ratione vectigalis adhuc floreni V et pacii X. Eas etiam si non simul cum reliqua summa, tamen quam primum poterimus curabimus vobis solvi Valet bene, optimi viri, tu cum Frobenio mei memores. Episcopo et Hervagio et Polycarpo salutem plurimam praecor. Noribergae die XXIX Januarii 1537.

*Andreas Fricius.*

Adres: Clariss. viro D. Bonifacio Amerbachio Legum Doctori amico suo Basileae.

Tamże Cod. G. II. 17. fol. k. 67. Oryginał bez pieczęci.

### III.

*Lipsk, 1 maja 1537.*

S. D. Pessime me habet, mi Amerbachi, quod hactenus quae debui vobis non dissolverim. Attuli mecum huc omnes pecunias et quae vobis debentur a domino Joanni Lascio et quae a me Polycarpo. Convenerat mihi cum quodam mercatore, ut quas pecunias ei hic dedissem, eas omnes curaret vobis istic numerari. Hodie itaque attuli illi pecuniam, et quidem hoc genus monetarum, quod ille cupiebat. Tum ille nescio quae causari insecuritatem viarum et suam ipsius iacturam ex commutatione monetarum. Quid quae-ris? Agnovi eum mercatorem aut sycophantam potius agere, cum... vellet sibi nescio quantum addi ultra, quam reddendum vobis esset. Discessi ab homine infecto negotio. Mi Amerbachi, si ego intellige-

<sup>1)</sup> Słynna rodzina księgarzy norymberskich, która także miała stosunki kupieckie z Krakowem. Por. o niej Oskar Hase: „Die Koberger“ Lipsk, 1885.

rem aliquid vobis damni hac dilatione accidere posse, numerarem vel trientem ultra, quam debeo, tantum ut pecuniae vobis reddantur quanto citius. Verum existimo vos nihil damni inde laturos esse. Et quamvis nullos certiores sim ad vos habiturus, quam qui ad francofordiensem mercatum proficiscentur, tamen spero me brevi aliquem alium habiturum, cui tuto committere possim pecuniam omnem. Litteras a domino Lascio mitto tibi, cum quo, si forte consilium erit, spero me vos... [brevis] visurum <sup>1)</sup>. Vale, Frobenium, Episcopium et Polycarpum... [opt]ima salute impertior. Lipsiae, die Philippi et Jacobi 1537.

*Andreas Fricius.*

Scrpsi subito, itaque parces ineptis litteris.

Adres: Ornatissimo viro domino Bonifacio Amerbachio Legum doctori, amico suo Basileae.

Tamże Cod. C. VII. 19. fol. 83. Oryginał z pieczęcią. W dwóch miejscach, gdzie list był złożony, papier wydarty, wskutek tego luki w tekście.

#### IV.

*Norymberga, 15 czerwca 1537.*

S. D. Jam tandem, quod magnae mihi sollicitudini ad hunc usque diem fuit, nactus sum hic mercatorem, qui permutationem mecum faceret pecuniae istic vobis numerandae. Nomen mercatori est Leonardo Cobelth. Ei numeravi florenos quadraginta sex et pacios tredecim: in singulos florenos pacios quindecim computando. Promisit mercator se daturum operam, ut omnis pecunia istic vobis reponatur primo quoque tempore. Itaque et has litteras commisi ei ad vos transmittendas. Ex ea summa vobis debentur floreni triginta novem. Tanta enim summa fit, si florenos 33 et pacios 5 pro bibliotheca debitos coniungas cum florenis 5 et pacijs 10 pro vectigali (sextum enim florenum Frobenius scripsit se numerasse) persolutis. Reliquos florenos 7 et pacios 13 iubebis numerari Polycarpo Cratandro meis verbis. Is enim, cum Lutetiae essem, summa cum benevolentia mutuo mihi dedit coronatos quinque. Pro singulis itaque pacios 23<sup>1/2</sup> (tanti enim memini me apud vos emere coronatos) numerari ei iussi. Quaeso vos, ut hanc dilationem solutionis boni consulatis. Non aliud enim in causa fuit tantae morae, quam mea negocia, propter quae nundinas francofordienses proximas coactus sum negligere. Deinde cum proxime Lipsiae numerare vellem, non potuit mihi convenire cum

<sup>1)</sup> Tego samego dnia (1 maja 1537) Jan Łaski był w Lipsku. Corp. Reform. III, col. 359 nr. 1570. Caro, l. c. str. 103.



mercatoribus propter monetæ diversitatem, id quod ex litteris, quas ad te illinc dedi, puto te intellexisse. Velim autem, ut antapochis vestris testimonii vobis pecuniam numeratam esse. Tu una Joanni Lascio, altera mihi Polycarpus Cratander, qui addet et memm chirographum, quem Lutetiae illi dedi. Neque enim aliter certiores erimus de solutione vobis facta, nisi a vobis significationem habuerimus. Vale, aut potius valete omnes. Noribergae, die XV Juni 1537.

*Andreas Fricius.*

Antonius von Shig-altzheim, civis Strasburgensis curabit vobis pecuniam nomine Leonardi Cobelth: ille scilicet, qui curabat, cum eram apud vos. Litteras et antapochas vestras ad me iubebitis reponi Noribergae apud Danielēm Shilyng.

Adres: Clariss viro domino Bonifacio Amerbachio Legum doctori amico suo zū Bazil.

Tamże Cod. C. VII. 19. fol. 82. Oryginał z pieczęcią dobrze zachowanąą.

V.

*Frankfurt, 17 września 1538.*

S. D. Memini te, cum apud vos abhinc ferme biennium bibliothecae causa essem, de libris quibusdam dubitare, Erasmine essent an alicuius alius: deinde te dicere, si Erasmi essent, illorum precia iuxta chirographi cautionem aestimanda esse extra bibliothecam. Sunt autem illi libri: Augustinus de Civitate Dei literis longobardicis in membranis, Chrysostomus in Acta graece maiore forma in membranis scriptus, fragmentum Antiquitatum cum picturis in membranis <sup>1)</sup>. Eos cum Baro meus Dominus Joannes Lascius cupiat adiungi bibliothecae nec novam precii aestimationem recuset, putabat dubitationem illam tuam tibi tollendam esse testimonio manus Erasmi. Monstravi itaque Episcopo <sup>2)</sup> elenchum librorum cum manu Erasmi, quibus post contractum aucta est bibliotheca: in quo librorum illorum, quos dixi, mentio fit expressa. Et quamvis existimabam verba Episcopii ea apud te esse, quae facile tibi eius rei facerent fidem, tamen, quoniam Erasmus scripsit, se librum Augustini Conrado Goclenio <sup>3)</sup> ad usum commodasse, putabat Episcopus necesse esse te

<sup>1)</sup> Te same rękopisy wymienia Łaski w liście swym do Amerbacha z dnia 5. IV. 1537. Miaskowski: Die Korrespondenz (dys. dokt.) str. 47.

<sup>2)</sup> Spotkał się widocznie z nim na słynnych jarmarkach w Frankfurcie.


<sup>3)</sup> Profesor języka łacińskiego w Collegium trilingue w Lowanium (+r. 1539).

elenchum habere, quo scilicet niti posset eundem illum librum repetendo. Mitto itaque elenchum, ut et tu certum habeas eos libros non tantum *χρίσει* Erasmi fuisse, sed *κρίσει* etiam, et eos qui libros recepissent utendos, posses compellere ad restituendum. Quoniam autem chirographo cavetur, quod non ignoras, et Episcopio etiam monstravi, oportere de ea accessione librorum manu scriptorum moderationem fieri contractus novi utraque parte contrahentium consentiente: Baro meus putabat se absente tibi suas vices delegandas esse: existimat enim ad eam rem nullius consensus requirendum esse, quam tuum et aliorum executorum testamenti Erasmi. Quamobrem te verbis Domini mei etiam atque etiam rogo, velis operam dare, ut, seu te arbitro seu partes Domini agente, statuatur aliquod precium aequum. In eo cum et officium tuum feceris et Baroni rem gratam iucundamque, tum illud abs te peto quaesoque cures eos libros ad futurum mercatum francofordiensem per Episcopium afferri: cui et precium pro eis numerabitur omne. Remittes etiam simul hunc elenchum. Vale cum tuis omnibus. Francofordie die XVII Septembris 1538.

*Andreas Fricius.*

Adres jak wyżej.

Tamże Cod. G. II. 17. fol. 68. Oryginał z pieczęcią.



## Dwa nieznanne listy Jana Zamoyskiego do Pawła Manucjusza.

**S**zukając w kwietniu i maju zeszłego roku w Rzymie materiałów do stosunku Polaków z zagranicą, zwłaszcza Włochami, w wieku XVI, przejrzałem znajdującą się w bibliotece Watykańskiej korespondencję Pawła Manucjusza, znanego weneckiego drukarza i humanisty, obejmującą — jeżeli mnie pamięć nie zawodzi — trzy spore tomy.

Prócz listów Jakóba Górskiego, Piotra Myszkowskiego i Jakóba Brzeźnickiego, biskupa - sufragana poznańskiego <sup>1)</sup>, znalazły się tu

<sup>1)</sup> Nadto odnalazłem w rękopisie Cod. chart. E. 36 Inf. biblioteki Ambrozyjskiej w Medyolanie list Andrzeja Gostyńskiego do Pawła, a w Cod. ch. E. 37 Inf. tamże list Andrzeja Patrycego Nideckiego do Alda Manucjusza (młodsze). Listy te zamierzam wkrótce ogłosić.

W Cod. ch. E. 35. Inf. tejsze biblioteki znajduje się prócz tego list Alda Manucjusza do Zamoyskiego (Ex Vaticano IV. kal. Jun. 1595), a w bibliotece książęcej w Gotha list elektora saskiego Augusta do tegoż z r. 1578.